plationis & puer fructū boni opis. **C**uius
exemplū appetit in rose. **C**adit ei aliquā ros
flues & viscosus ad modū mellis sup her
bas & folia arbor. Sole autē agere in ip̄m
cuaporat humidū & iestre siccū cōburit

et efficit quasi farina spersa que a sua sic
citate siccāt herbas & inducit sterilitatez.
Qualis enī dulcedo ros̄ ē delectatio con
templationis: quā calor solis. i. amor tpal
lis. pspiritatis: humidū deuotiois educēs
et terrestre affectū accendēs & mentez ad
vana spargēs tollit: & a fructu boni opis
animā sterile reddit. **I**tem amor cōis p
ut. s. & spūalem & sensibilē amorez includit
assimilatur radio. **R**adio qz radiū habet pe
netrare. **U**nī i pspectua distinguit triplex
radius. s. rectus: cōfractus & reflexus. **R**ectus si
ue pspicularis: ē qz a corpore radiolo emis
sus recto & linearī motu sine obliquitate ali
qua petit cētrū. Et huic assimilat spūalis
homo qz totus est rectus. **U**nī **L**ant. j. **R**ecti
diligunt te. Et iste petit centrum. i. cor. **D**eut.
vij. **D**iliges dñs dēū tuū ex toto corde tuo
tē. **C**ontractus radius sive collateralis
est qui a corpore luminoso egrediēs & aliquā
diaphanū inuenies nō pfecte obedieis nō
recte incedit s̄ ad aliquā partē diuertit.
Et talis obliquatio dicitur radiū cōfractio:
& huic radio cōfracto assimilat amor social
sive ciuilis qz nō est amor totalis rectus: qz
frequenter nō est. ppter dēū sive fīm dēū s̄
vt plurimū habet respectū ad aliquā mun
danum. **R**eflexus autē radius est qz dum a
suo principio recte vel oblique preditur
dum corpus densū incurrit repercutitur
et repellit: nec transitus ei dāt. **A**nde cuz
nō potest se diffundere in interiora poste
rius: necesse ē vt redeat & se ibi mltiplicet.
Et talis repensio dicitur radiū reflexio.
Huic autē radio reflexo assimilatur amor
vitilis qz se reflectit ad seipsum. **U**nī si pro
ximū vel aliquid diligit nō ex hoc pfecte
interius sez in dēū tentēdo: sed potius re
trocedendo in scīpm redeundo. **E**st etiam
talis amor carnalis qui solum ad corpus
proximi procedit: & interius ad animam
non transit: sed potius retrocedit dum
alium corporaliter ad delectamentum sūt
vel proprium comodum diligit aut amat.
Sexto amor assimilatur radio: quia ra
dius habet colorare. **N**am radius sola
ris dum in nube rorida soli opposita in
cludit diuersos colores in ip̄a nube & ae
re opaf: sicut p̄t in arcu celesti. Ita sitr &
amor qui dū in anima tenera & molli intē
ditur: diuersas ibide m passiones & affecti
ones operat: quibus videlicet passionibus

Liber

primus

ipsa aia velut qbusdaz coloribz tingif. Ut sicut ipse arcus celestis hz colore rubeum hia cynthium ceruleum et viride. Histi enim colores in eo principaliter nobis apparerunt. Ita similiter etiam ex amore causantur aia passiones plures. Sed pricipue quatuor. scilicet: excessus: odii et morbus. Primo enim amor hz causare celum. Unde tristis Dio dicit. iij. ca. de divinis nostris: quod deus appellat celos. propter multum amorem quem habet ad entia. celus ergo quocumque modo sumatur ex intensio amore causatur. Manifestum est enim quod Christus aliquid virtutis reddit in aliquo: si fortius repellit omnem horum vel repugnat. Tertius ergo amor sit quodam motus in amato: ut Augustinus dicit in libro li. lxxxvij. questionum: Intensus amor querit excludere omne quod sibi repugnat. Unde in amore secupiscitur qui in teatrum aliquod accipit: mouet contra oem illud quod repugnat: seclusionem vel quietem fructuorum eius quod amat. Et hoc modo viri dicuntur celare uxores ne propter portum aliorum impediatur singularitas quam in uxori re queruntur. Sicut etiam qui queruntur excellentiam monentur contra oes qui excellere videntur: quod si impeditur eorum excellentiam. Et hinc est celus iudicium de quod in Psalmo xxvij. Noli emulari in malignis: neque celaneris facies iniuriae. Amor autem amicitie querit bonum amici. et finis hoc aliquis dicitur celare. pro amico quoniam ea quod dicuntur vel sunt huiusmodi amici huiusmodi. Et hinc etiam modum aliquis dicitur celare. pro deo quoniam ea quod sunt contra honorem vel voluntatem dei repellere. pro posse conatur illis. Regulus xix. Zelo celatus suis pro domino deo exercituum. Et Iohannes iiij. super illud: Celus domus tue comedit me. dicit Homo. quod bono celo camefis qui quilibet praua quod viderit corrigitur satagit: si nequit tolerari et genit. Secundo amor causat excessum. Unde Dionysius dicit. iij. ca. de divinis nostris: quod amor dominus extasim facit quod ipse deus propter amorem est extasim passus. Dicitur autem extasim pati cum extra se ponatur: quod enim ut dicit Augustinus. Aia verius est ubi amat huiusmodi aliquid. Quoniam aliquis intensio desiderio vel amore ferit in aliquo ex se quodammodo rapit: et si illud sit supra se quodammodo supra se rapit: ita quod seipsum transcedit et excedit. Tertio amor causat odium. Unde amor existit in quadam conuenientia amatis ad amatum. Odium vero existit in quadam repugnativa vel dissonantia. Pus autem considerat quod conuenient rei huiusmodi

et repugnat: quod per hoc aliquod est repugnans et impedit vel corruptum quod est conuenientia. Necesse est quod amor sit per odio et causa eius. Unde nihil odio habet nisi per hunc quod repugnat ei quod amat. Quartus amor causat morbum sine languorem. Cantus iij. Fulcite me floribus: stipite me malum: quod amore languore. Unde amor peccati laetitia facit alias ex eo quod facit ipsam deterit: se habere: quod coartat ipsam ad regnum sibi inconvenientem unde ledit et deteriorat: finis illud Osee. ix. facti sunt abominabiles sicut ea quod dilexerunt. Undeque ante si vellemus ledit etiam corpus propter excessum imputacionis corporalium. Dicitur etiam amor causare languorem: quod causat tristitia de absentia amati. Unde Tullius in libro iij. li. de Tusculanis questionibus tristitia eruditinem noscat. Tertio amor assimilat radio: quod radius habet inflammatum. Unde ex subito et per uno motu radio pertingit aer circumfusum igniri: maxime cum concurrent radii in loco fractionis. Unde radii ibi multiplicari et contorti angustati dum mutuo perculantur calorem ibi in tantum aliquod generat quod aer circumfusus sepius inflamat. ut per ipsum in cristallo ex cuius oppositione huiusmodi radios solis stupa incendit vel ignif. Ita sicut ex recordatione optimorum vel visione rei dilectae seruor inflammat amorem. Et iste ardor ab amicis dei deriuatur etiam ad circumstantes: quod sibi appropinquantes ad amorem diuinorum sepius ascendunt. Unde psalmus xvij. Ignis a facie eius exarbitur carbones succelliunt ab eo. Precipue autem hec inflamatio competit charitati: de qua dicitur Cantus viij. Fortis est ut mores dilectionis durat ut ignis emulatio: Lampades eius lampades ignis atque flammam: Atque inde non potest extinguere charitatem. Capitulo: V

Angeli assimilantur celo aquo sine crystallino: Unde ipsi intelliguntur per aquas que super celos sunt. Assimilantur ergo illi celo propter tria. Primum ratione inuisibilitatis. Unde illud vocatur proprie celum. id est celatum: quod est nobis inuisibilis et occultum. Est enim non sphaera quam non videmus. Et hoc competit angelis quoniam natura incorporea et intellectualis licet in se maxime sit cognoscibilis in nobis quoniam cognitio oritur a sensu est inuisibilis et occulta. Unde ita se habet intellectus noster ad maiestissima nature: cum

De celo & elementis

21

iusmodi sūt nature angeloz sicut ocul⁹ no-
et incoracis ad lumē solis: vt dicit Pbs. ii.
Mera. Sapiē. ir. Que in celis sūt q̄s inue-
stigabit? Secūdo ratiōe p̄spicuitatis si
ue luminositatis ppter quā sc̄z q̄s voca-
tur celū crystallinū: qz ē uniformis ad mo-
dum crystalli p̄spicuū t luminosū. Angeli
aut̄ p̄spici sūt p munditā. Unde beatus
Diony. vocat angelū p̄clarissimū sine ma-
culā. H̄e sūt luminosi p sapientiā: t est in
eis lumē triplicis sapientiæ. Sapientiæ inna-
tis: qz p species innatas sive c̄rreatas som-
nia cognoscit q sūt a deo p̄ducta ut dicit
Aug⁹. H̄e sapientiæ inspirat̄. Suscipiūt
enī angelī diuinās inspiratiōes t illumina-
tiones quas beat⁹ Aug⁹. vocat theopha-
nias. Itē lumē sapientiæ beate que vocatur
in eis cognitiō matutina ab Aug⁹. fin q̄
cognoscit res in verbo. cognitionē aut̄ ex-
terū in p̄pria natura vocat ipse Aug⁹. co-
gnitionē vespertinā. Tertiō rōne mobi-
litatis. vocat enī illud aquēz ppter mobi-
litatē. Mobilitas aut̄ etiā angelo attribui-
tur. q̄ sicut dicit Damase. Angel⁹ ē sub-
stantia intellectualis semp̄ mobilis. Et dī
angelus semp̄ mobilis rōne nature intel-
lectiū t voluntatis. Nā quippe cū sit crea-
tura habet esse mutabile inquantū omne
creatū est x̄tibile in nihil: nisi manu oipo-
tentis teneret. Respectu etiā intellect⁹ dī
semp̄ mobilis accipiēdo motū equiuoce. p
ut intelligere motus dicit: qm̄ angel⁹ sem-
per ē acut⁹ intelligēs. nō q̄q̄ actu q̄q̄ po-
tentia sic nos. Et licet angelī quātū ad co-
gnitionē qua cognoscit res in verbo oīa
simul intelligat̄. sicut etiam de nobis dicit
Aug⁹. xv. li. dī tri. q̄ i patria nō erūt vo-
lubiles cogitationes nostre ab alijs in alia
euntez op̄t̄ redecētes. Sed omnī scientiā
nostrā uno simul cōspectu videbim⁹: tamē
ea cognitionē qua cognoscunt res in p̄pria
natura nō omnis simul intelligit. Unde ibi
est vicisitudo intelligēt̄. Et iō Aug⁹. di-
cit q̄ oēs ens creatū habēs intellectū intel-
ligit vñ post aliud. t talis successus ē vt
motus qdaz. dtūs Diony. iiiij. ca. de diuin-
nis noībus ponit triplicē motū. s. circula-
rez: rectū t obliquū. Circularis ē ab eodē
in idē centrū imobile. Et hūc motu habēt
in quantū recipiūt illuminatiōes a deo et
per illas reuertunt̄ in deum. Motu aut̄ re-
ctuē mouent qñ procedunt ad p̄sidenti-

am subiectorum recte omnia trahentes et nos
reveruntur ab eodem in idem sed de uno in ali-
ud. Motus autem obliquus est in angelis cum per
cognitionem inferiorum; quibus prudenter refle-
ctuntur in deum principium et finem pulchri et boni.
A Ita voluntate mobilis est angelus: quod
non omnia simul vult sed modo unum modo
aliud. Dicit autem angelus localiter moueri eum
voce sicut et est in loco. scilicet per tractum virtutis.
Mors quidem quae vel coractus iste siue motus
loco cōmensuratus sic accedit corpori:
sed dicitur moueri localiter in quantum successiva
virtus est applicata ad diuersa loca. Unde
iste motus potest esse continuus et discontinuus.
scilicet enim quod locum diuisibilis ad quem applica-
tur non potest simul totum dimittere sed successi-
ve: sic dicitur motus discontinuus. vel totum sil-
dimittere et alteri loco se applicare sic dicitur
continuus. Unde ad hos celos. id est angelo-
rum motus potest referri illud Jobel. ii. Moti
sunt celi et terrae. Itz angelii assimilantur ignis.
P. S. c. iij. Qui facis angelos tuos spumas et
mistros tuos ignem ventem. Et ista similitudo
quadruplicis potest accipi. Primo si consideremus
ignis substantiam. Secundo si consideremus
eius eminentiam secundum quo ad situm. Tertio si
consideremus eius potentiam. Quarto si consideremus
eius fulgentiam. Primo enim ignis
inter omnia elementa habet substantiam subti-
liorem. Unde substantia ignis propter suam sub-
tilitatem representat nobis tria de angelis.
Primo enim immaterialitatem. propterera quia
ignis est maxime inter elementa formalia. Item
minimam habet de materia et plurimum de
forma. Angelus autem licet secundum Dionysium nihil
de materia habet ut dicitur. Dionys. de. diuinis.
no. propter intellectuales substantias. id est angelii vis-
tum habet in deficientiam: ab unitu sua corruptione
materia et generatione nuda de existen-
tes. Habent tamen aliquid loco materie. scilicet pos-
sibilitatem cum non sint actus puri ut deo.
Unde angelus potest esse compitus ex potentia
et actu: siue ex qua est et quod est. Sicut igitur ignis
inter cetera elementa minimum habet de ma-
teria et plurimum de forma: ita angelus inter
omnes creaturest intellectuales minus habet
de potentia et plus de actualitate. Unde an-
geli quidem dicuntur substantiae sue forme se-
paratae. scilicet a materia. Secundo ignis re-
presentat angelorum incorporeitatem. Nam
propter suam subtilitatem ignis quasi non videtur
habere corporeitatem. Et additus alteri co-

Liber primus

pori nō videt ipsum angere ut appareat i ferro vel lapide ignito: quod tñ nō videt eē maius q̄ nō ignitū: cū tamen osse q̄tum additū q̄to faciat ipsum matus: et omne corpus naturale sit q̄tū. nec etiā videt ignis qui est in ferro aliū locū q̄tū ferrum p se occupare: vel maiore locū simul cū ipo corpore q̄tū ferrū solū: que omnia cuiā incorporatati īmo ut verius dicā subtilitati ipsius ignis attestantur. Item ppter suam subtilitatē ignis est inclusibilis: qz sicut dicit Dio. xv. ca. celestis hierarchie: Ignis nō potest teneri: qz ppter suā subtilitatez et mobilitate penetrat oē corpus. Doc igitur cōpetit angelis ex eo q de sui natura non solū sūt incorporei. Propter qd dicit tē Diony. iiiij. c. ecclasiastice hierarchie q angeli sicut īmateriales sic incorporeales ī telligunt: sed etiā nō sunt coripb alligati ut scz in corporibz inclusi velut aie humanae teneantur. An angeli in scriptura spiritu nominantur: sicut illud Hebreo. i. Omnes sūt administratōrū spūs tē. Spūs autē carnē et ossa nō habet: ut dī Luc. xxliij. Et iō substantia angelī nō solū nō est corpus s̄ nec etiā alicui corpori vñita ē ut forma: qd esset naturalis in corpore detineri. Assumūt tñ ad spūs ut ex sacra scriptura pater inter duz angelī corpora hoībis apparet: sicut Aug. testat. xv. de ci. dei dices q ange li in assūptis coripb appauerunt Abrae: que nō sunt eis naturaliter vñta: in qua cunq figura apparet: sed formāt sibi illa cū volūt ex aere. Et assumūt sibi hīmōi corpora cū nobis apparet angelī nō ppe se s̄z ppter nos. l. ut familiariter cū hoībz queriendo demōstrēt intelligibile societatem quā hoīes expectāt cū eis habendaz in futura vita. Item b̄ ipz q angelī corpora assūmiserūt in veteri testamēto fuit quod dā figurale indicū q verbū dei assūptū rū eset corpus humanū. Dēs enī apparitiones veteris testamēti ad illā apparitionē ordinabānt q ipē filiū dei appuit i car ne. Est etiā notandum q sicut in sacra scriptura ppterates rex intelligibiliū sub sūtū dñe rex sensibiliū describuntur: ita corpora sensibiliā que angelī assūmūt diuina dñte sic formant ab eis: ut pgnūt ad rep̄tandū angelī ppterates i hoc ē corpū assūmēre. Habem⁹ ergo tres rōnes q̄e an gelī cū incorporei sint in coripb tñ nobis apparet. s. tū ad ostēdendū futurā nobis societatem: tū ad figurandū xpī incarnatiō nem: tū ad tradendū nobis p sensibilitate ip̄is cognitionē. Tertio ignis in sua sphera ppter sui subtilitatē est nobis īu sibilis. vñ Dio. dicit in supradicto ca. xv. q̄ Ignis ē incontemplabilis oculis carna libus. i. īuisibilis ppter suā subtilitatez. Nam lucidū nō videt a scipō nisi sit ī materia spissa. Unde dicit īuisibilis ppter est ī materia tenui. Et in hoc ignis represe nat angeloz īuisibilitatē: quia sicut de se sunt incorporeas ita etiā sūt īuisibilis apparet nobis visibiles ut dictū ē de igne p ut est ī materia spissa. Qz quidē sic verū est. Quia tū angeli sumūt corpora ī quibz visibiliter cōspectibus nostris apparent. Formant igit talia corpora ex ipa virtute diuina quātū necessariū est ad corporis assūmēdi formationem. Nam licet aer ī sua varietate manēs figurā nō retineat v̄l colorem: q̄i īdensatur figurari: colorari potest sicut apparet in nubibus. Ad oī dēdāt igit ppter īuisibilitatē quā angelus ex se habet dixit angel⁹ Raphael Lo bie: Videbar qdem vobiscū īducere et biberes: ego cibo īuisibili et potū qui ab homib⁹ videri nō pōt vtor. Quia enī ex eiusdem nutrimentū ex qbus sum⁹: sicut in scōde aia Pbs dicit. sicut angel⁹ ē ex natura īuisibili etiā īuisibili vñt nutrimento. Tē ignis inter oīa elemēta bz eminentiā altiorē scz quo ad situm. vñ Diony. dicit q̄ ignis est altus. scz quo ad locum. ppter qui est sup omnia elemēta: scz immediate sub orbe lunae. Et hec altitudo situs cōpetit igni ratione levitatis: qz locū leuium est sursum sicut grauiū deosū. Ex hac autē altitudine ignis ostendit angelorum sublimitas quo ad sex. Tē quo ad sitū localē: qz sicut sphera Ignis ē locata super osies spheras elemētorum. ita angelī ca natura creata et locata est super omnes spheras celoz scz in celo empyreō qd statim factum ut dicit Strabon angelis ē re pletum. Celum autē empyreum supremū celū est. Propterera sup illud Deute. Dōmini dei tui est celuz celi. dicit Ildo. q̄ suūmū celū est celū angeloz. Nam qz ex creaturis corporalibus et spiritualibz vñu vñiuersum est constitutum: sic creare sunt creature spirituales q̄ ad creaturam corz

De celo & elementis

22

poralē aliquē ordinē habent & toti creatu-
re corporali p̄sident. vnde p̄ueniēs fuit q̄
angeli in supremo corpore crearent tanq̄
toti nature corpore p̄sidentes. Attende-
dum est autē q̄ ignis licet sit in summo lo-
catus: tamē virtute solis mouetur & descē-
dit ad mixtione aliorum inferiorum. Qd̄
libet enī elemētum habet in celo aliquod
mouens ip̄m: sicut terra mouetur ab orbe
stellarum fixarū: & ideo diuerte rerū spe-
cies in ipsa generant. vnde diuerte figu-
re terrestrium respondent diuersis imagi-
nibus stellarū. Aqua vero ab orbe lune
sicut pater in fluxu & refluxu mar. Ignis
vero ab orbe solis. Vr̄ vero ppter multi-
itudinē motū in ipso ab alijs quinq̄ plā-
netis qui sūt multoꝝ motuꝝ. Sicut ergo
ignis q̄q̄ sit altus tamen virtute solis
descendit ad mixtione inferiorū. sic etiam
angelorum plurimi q̄q̄ fuerit in celo cre-
ati vel locati: iussu tamē & ordinatiōe dei
descendit & veniunt in mundū ad rerum
temporalū administrationē: et humane salu-
tis purcationē. vñ Apls Hebrei. dicit q̄
omnes sūt in ministeriū missi ppter eos q̄
hereditatē capiūt salutis. Ex hoc tamē q̄
Apls dicit: oēs nō accipiendoē ē q̄ omnes
vniuersalif angeli mittant in ministeriū. q̄
m̄ Dio. quattuor sup̄iores ordines che-
bin seraphim throni & dominatiōes: nūq̄
ad exterius ministeriū mittunt: sed soluz
quiq̄ inferiores. sc̄ virtutes: potestates
principat̄: archangeli: angeli. Nihilomi-
nis tñ solū primi tres ordines dicunt assi-
stentes reliq̄ vero sex ordines dicunt mi-
strantes. Ut dominatiōnū ordo inter mi-
strantes cōputat nō tanq̄ exēquēs min-
isteriū sed sicut dispōnes & mādās quid p̄
alios fieri debeat. sicut architectores i edi-
ficijs nihil manu operant̄: sed solū dispo-
nunt & p̄cipiant quid alij debet operari.
Dicit ergo Apls oēs mitti. nō q̄ superio-
res vt dictū ē ad executionē ministeriorū
mittunt: sed quia inferiores q̄ mittunt ab
eis ministeriū illuminant. Vel intelligi-
tur q̄ sp̄us illi q̄ sunt ad ministeria depu-
tati omnes ppter eandē causam sūt admi-
nistratori. i. in ministeriū missi sc̄. ppter
eos q̄ hereditatē capiūt salutis: q̄uis uni-
versaliter omnes angeli sint tales. Et l̄ an-
geli venientes in mundū exēat a celo empy-
re: in nullo tñ derogat ex hoc eorū digni-

tati. quia licet sit eis celū empyreū ex qua
dam cōgruentia deputatū: nihil tñ ppter
hoc dignitatis recipiūt ab eo. & ideo quā
do actū nō sunt in celo empyreō nihil eorū
dignitati subtrahit: sicut nec regi q̄s non
actū sedet in solio regali. Itē ex angelo
rū occupatiōe exteriori contemplatiōis in-
terne puritas nullatenus impedit: q̄d dua
rū operationū q̄rū vna est regula & rō al-
terius vna nō impedit sed iuuat alia. At
cū angelus p̄ solam intellectualē actionē
regulat suas actiōes exteriōres: sequit̄ q̄
interior actio ex ipsis exteriōribꝫ actibus
impeditimēt nō habeat sed potius iuuat
mentū. Et ideo Grego. dicit in. ii. mora. q̄
angeli sic foris nō exēunt q̄ interne p̄ sola
tiōis gaudis nō priueni. Secūdo ex al-
titudine ignis ostendit angelos sublimi-
tas q̄ ad sufficiētē substancialē. Nam ita
sufficiētēs ē sibi ignis substatia q̄ absq; alicu-
ius nutrimenti v̄l materie extraneū ss̄sidio
p̄ se subsistere & cōseruari pōt: vñ Dio. dicit
q̄ ignis est altero nō indigēs. Hoc autē nō
cōpetit igni nisi p̄t est in loco p̄prio & al-
titudine sphere sue. Vñ extra locū suū in-
diget aliena materia ad sui multiplicatio-
nē & p̄seruationē. Similif ligis angeli sūt for-
me p̄ se exiliētēs subliſtētes: corporis ma-
terie adiunctione nō indigentes sicut indi-
get humana anima corpe. q̄ ad tria. P̄ri-
mo q̄tū ad sp̄ē p̄stitutionē: q̄ l̄ aia pos-
sit subsistere p̄ se sine corpe sicut p̄t de aia
bus separatis nō tñ habet cōpletā rationē
vel essentiā sp̄ē humāe cū ip̄a sit pars hu-
mane sp̄ē. vñ hō s̄z q̄s cōpositū ē ex aia &
corpe. Et iō Aug. p̄x. de ci. dei cōmēdat
Uarronē q̄ hoīes nec solā anīam nec solū
corpus s̄z aia & corpus arbitrabat. Sed
angel⁹ haberet etiā sine aliq̄ corpe p̄ se com-
pletū cē in sp̄ē. Et iō cōiter tenet q̄ intelli-
gentia. i. angel⁹ nulli corpi vnitur ut for-
ma s̄z tñ sicut motor: t̄ hō vniſ corpi ce-
lesti. Itē aia humane indigēt corpi bꝫ ad
sui multiplicatiōe siue idividuationē. Ma-
scient dicit Qui. ip̄ossibile ē esse multiplicatiō-
nē individuoy s̄b vna sp̄ē nisi ex diuer-
sitate materiæ q̄ ex diuersitate p̄cipiorū
formatiū seq̄tū diuersitas sp̄ē. Cū igitur
anie nō habeat materiā ex q̄ sūt: optet q̄
in eis sit multiplicatio s̄b diuisionē materie
i q̄ sūt. s̄b distictiōe corporꝫ. Angeli at
q̄ nec materiā sūt ex q̄ sūt nec etiā mate-

b ii



Liber primus

riā cuſ̄ sint forme nō m̄ltipliſ̄ f̄z diuſſio
nē alicuiſ̄ materie: vnde ē in eis multipli
catio ſolū f̄m diuſſione formaliē ad quam
sequit̄ etiaſ̄ diuerſitas ſpeciei. vñ pfectio
nature angelice req̄rit qđē m̄lтиpliſſionē
ſpecierū ſed nō individualiōꝝ ſub eadē ſpē:
et iō pater q̄ nō indigent angelii corporibus
ad ſui multiplicationē ſicut aīe humane.

Tertio indigent anie humane corporibus
ad intellectualē pfectiōne. Apter h̄ q̄ ania
humana ip̄fecta ē de ſe t̄ in potētia exiſt̄
infima in genere intelligibiliſ̄ ſubſtātiā/
rū nō habet̄ in natura ſua plenitudo ſci
entie: t̄ ideo indiget vniſ̄ corpori vt a rebus
ſensibiliſ̄ p̄ ſp̄ius corporis ſentis ſcietiā
acquirat. Sed angelii ſunt pfecti in natura
intellectuali ita q̄ nō indiget cognitioneꝝ
accip̄e a rebus ſensibiliſ̄. vñ nō intelli
gūt p̄ ſpecies a rebus acceptas: ſed p̄ ſp̄es
cōnatūrales ſez ſibi a deo in ſua creatione
infuſas. vñ Dio. dicit i. vii. ca. de diuī. no
minib⁹ q̄ angeli nō cōgregant diuinā co
gnitionē a rebus diuilib⁹ aut ſensibili
bus. Et iō pater q̄ ppter intellectualē pfe
ctiōne ſeu cognitionē nō indiget vniſ̄ cor
poribus. **T**ertio ostēditur angeloy ſub
limitas ex altitudine ignis q̄ ad impaſſi
litatē corporalē. Mā ignis vt in altitudine lo
ci ſui nō eſt noxiam vel turpiū paſſiōnū re
ceptiū: ſicut ē terra aq̄ t̄ aer que frequē
ter inficietur t̄ ſedan̄ ſordid⁹ t̄ immidi
cys t̄ fetorib⁹ alioꝝ corporoꝝ. vñ Dio. dicit
q̄ ignis nō ē recipiens pedeſtre. i. ignomi
niolam ſubiectionē: q̄ cū ſit in ſup̄mo lo
co nō pedib⁹ cōcileat ſeu terif ſicut terra
q̄ ē in infinito: nec ſiit ſup̄ ip̄in immūdicie
ſicut ſup̄ terrā vel aquaꝝ. Et nota q̄ h̄to
corpus ē in loco eminētori tanto eſt nobi
lius f̄m naturā: q̄ habet plus de ſpē. ſpe
cieſ̄ c̄ ē in terminis vt dicit Ps. t̄ ideo
ignis f̄m altitudinē loci ſui nō recipit q̄tu
melia minoratiōis. Similiē angeli cū ſint
imateriales t̄ incorporei naturā habet im
paſſibile. vñ corporis ac ſensibiliſ̄ paſſibili
bus nō ſubdūtur neq̄ minoꝝ. Et ideo
xps. ppter naturā quā ſuſcepit paſſibilez
dic̄t uſſe ab angel. pauliſ̄ minorat⁹: f̄m
ill̄ Ps. viii. Dūniuſti eu paulomin⁹ ab
angel. **Q**uarto oſdit ignis ſublimitatē
angeloy quo ad noticiā intellectualē. Mā
ignis vt Dio. dicit eſt ſurſū latus. hoc aut̄
cōpetit igni in q̄zū ē extra locū ſuū: q̄ na

turaliſ̄ ad locū ſuū qui ē ſurſum redire co
natur. Sic angelii ſin intellectū mouet
ſurſum in deū: accipiendo morū nō ſin q̄
eſt act⁹ ip̄fecti. i. exiſtētis in potētia: ſin q̄
ē actus pfecti. i. exiſtētis in actu. Dicit
enī ſic. Dio. iiiij. de di. no. q̄ mētes angelii
cōtelligēdo mouent: t̄ ſic angelii ſurſuz
ferunt̄: q̄ ſcūng intelligēdo cognoscēt̄ i
deū reſerūt̄. Distinguuit ei in eis Aug⁹. iiiij
ſup̄ Hei. i. x. de cūtūte dei dupličē cogni
tionē rex. i. matutinā put ſez cognoscēt̄
primordiale eſte rex: t̄ hoc put res ſit in
verbo: t̄ p̄ rale cognitionē maniſtēt̄ eſt q̄
ſurſu ſerunt̄. Itē vesp̄tinā put ſez cogn
ſcunt eſte rerū creatar̄ ſin q̄ in p̄pria na
tura cōliſtunt. Mā eſte rex creatar̄ ſlit in
verbo ſicut a quodā primordiali p̄cipio.
Et hic eſfluſus terminat ad eſte rerū qđ i
p̄pria natura habet: t̄ i. hac etiā cognitionē
angeli beati reſerunt̄ i. deū: q̄ cognoscēt̄
creaturā nō in ea figure ſed hoc ip̄m
reſerūt̄ ad laudeſ dei: in q̄ ſicut in p̄cipio
omnia cognoscēt̄. Et hinc eſt q̄ Hei. i. in
creatiōne rex poſt vesp̄ nō nominat noꝝ.
ſz mane: q̄r mane fit finis pceder̄ diei t̄ int
ium ſequēt̄. cum dicit: Faciū ē velpere
et mane dies vn⁹. t̄ ad signū q̄ ip̄i angelii
cognitionē precedentis operis ad laudeſ
dei reſerūt̄. **Q**uinto ostēdit ignis an
gelorū eminētia q̄zū ad obedientiam
ministeriale. Mā ignis vt dicit Dio. eſt
ſemp̄ mobilis. alia aut̄ traſlatio dicit ſem
per motus. Semper aut̄ moueri nō cōpetit
igni ſin p̄priali motu ſz ſin q̄ ſurſū in p̄
pria ſphera t̄ mouet motu celoꝝ: q̄ nō ſoluz
eſt verū in orbib⁹. q̄ inferior mouet mo
tu ſup̄ioris: ſed etiaſ̄ in omib⁹ corporib⁹
attingit in ferius motus ſup̄ioris q̄zū po
tēt. Unde quodlibet elemēt̄ ſouet ab
aliquo orbi. Ignis aut̄ a sole t̄ marte ut
dicit Rabbi Moyses. Et motus talis nō
eſt rectus ſed circularis. t̄ ſic p̄t eſte ſem
per nō a ſtute intrinſeca ſemp̄ mouēt ſz
a ſtute extrinſeca. t̄ iſte ē mot⁹ innatural
igni ſin q̄ eſt in ſp̄e ſua: ſed naturali ſin q̄
cōelemēt̄ q̄r aliter nō poſſet venire ad mi
xtiōne niſi ex qualibet pte deferre p radi
os ſolis. Sic ergo ignis eſt ſemp̄ mobilis
ſine motu ſin Dio. Sic etiā angelus di
cit eſte ſubſtātia ſemp̄ mobilis ſin Damas.
quod quidē q̄liter intelligēdu ē expofiti
eſt ſup̄a in p̄cipio huīus capituli. Item

De celo & elementis

23

sicut ignis in sphera sua mouet motu celi: sic etiā angelus ad pagēda ministeria mouet motu voluntatis dei: vñ Ps. cij. Bene dicite dño oēs virtutes eius: ministri ei⁹ qui facitis voluntatē ei⁹. Et quātū ad hāc obediētā ministeriorū inueniunt̄ angelī & si nō ex natura suazamē ex dei p̄uidētia semper mouentes & semp̄ moti. Nouit̄ cī orbes angelī fīm phos moi⁹ sempiterno et sic sūt semp̄ mouētes. sed qz hoc faciunt divine voluntatē imperio qd̄ semp̄ exequū tur iō sūt quodāmodo semper moti eo modo quo ille cuius imperio aliquid fit dici tur esse mouēs ad illud. **Sexto** ostendit ignis excellētiā angelorū quo ad dispātentia virtualē. Dicit enim Diony. v. ca. libri celestis hierarchie fz antiquitē trāslationē qz ignis est resiliens quod potest intelligi tripliciter. Uno modo resiliens a loco infimo. Aideremus enī qz flāma ignis in candela si aliquis inclinet eā deorsum statim resiliit & flectitur sursum sez versus locum suū naturalē qui est sursum. Sic etiā angelī licet quandoqz ministrando descedunt & visibiliter interdū appareat̄: compleatis autē ministerijs dispātentia & ad suā ma resiliere sine redire dicunt̄. Unde angelus Raphael expleto misterio dixit Tōbie & filio suo: Tēpus ē vt revertar ad eū qui me misit. Clos autē benedictē dñz r̄. Tō. xii. Et cū hoc dixisset ablatus ē a cōspectu eorū Tō. xij. Alio mō potest intellegi qz ignis resiliit a corpore mixto. Elementa enī sūt in corpore mixto fīm esse primū. i. fīm suas formas substantiales: sed nō fīm esse fīm sez suaz q̄litarū itēsax: qz reducunt̄ ad mediū. Et etiā necesse ē qzqz ipm mixtū dissolui & resolui in elemēta: & tunc vnumqz elemētū redit in suam naturam & locum: & sic ignis dicit̄ resiliere sez a corpore mixto vt quidā expoſitores volunt. Alij tamē nō consentiūt qz elementa sint in mixto actu. s. fīm formas substantiales sed virtute tñ & tunc ē tertia expoſitio qz ignis resiliit sez a cōbustibili apprehēso. Hā materia quā apprehēdit vsc̄ ad eius assumptionē nō dicit̄ nec apprehēdit duz apprehēdit fz slupto eo in qd̄ agit in se reſilit: & ita dicit̄ resiliens. Sicut ergo ignis fīm priuā expoſitionē resiliit a corpore mixto cōpletō sue duratiōis periodo: ita etiā angelus resiliit vel recedit a corpore assum-

pto completo suo officio: & tñc ipm corp̄redit in suum principiū: sic etiā ipm mixtū credit in elemēta. Hō autē hanc situdinez sic assigno vt dicere velim sic intelligēdo qz angel⁹ misceat̄ corp̄i assumpto sic ignis cōmīcēt̄ elemētis alij in mixtione neqz qz resolutio corp̄i assumpti fiat in ange- lum sicut resolutio mixti i ignē & i alia ele- metā: fz qz ipē angelus remanet p se dimis so corpore assumpto: sicut si ignis p se rema- neret terminata resolutiōe morti. Sed fīm alia expositionē ignis resiliit a cōbustibili nō qz cōprehēdit fz potius cōprehēdit ipm. & sic etiā angelus dicit̄ resilire a loco in quo ē vel vbi opa: nō qz stinet vel in cluditur a loco fz potius ipē stinet locuz. Hā stineri & includi a loco cōpetit corpi locato, put̄ i quantū quātitate dimētina. que angelo nō congruit cū sit incorporez: fz est i eo quātitas virtualis cui⁹ appli- catione ad aliquē locū dicit̄ esse in eo. fz tñ substātia incorporeā sua virtute stinges rem corporeā stinet ipam & nō stinet ab ea. Ania eī ē i corpē vt stinet nō vt con- tenta. Et sūt angelus dz̄ esse in loco cor- poreo nō vt stent̄ sed vt stinet̄ aliquo modo. **Tē** ignis iter oia elemēta habet potētiā seu virtutē ampliorē: & hoc ppter excessiā caliditā. Et iō fīm suā virtutēz est inuisibilis: impalpabilis: inalterabilis & inuincibilis. Immensurabilis est ignis. **U**n̄ Diony. in ca. supins allegato. xv. celestis hierarchie. qz. s. virtus ei⁹ nō determinat̄ ad vt terminū vt cōmētū illi. Aiderem⁹ enī qz in cōburendo non extendit se x̄tus eius tantū ad vñū imo quasi ad infinita si infinita cōbustibilia inuentret. Et simili ter in eodē cōbustibili nō habet certū ter- minū: vt. s. cōburat tantā partē ipsi⁹ & non plus. Unde si esset aliquo cōbustibile infi- nitū sine fine cōburēdo pcederet. Habet etiā ignis multos alios effect̄ facere. Un̄ licet sit finite essentie tñ virtus ei⁹ non co- artatur ad vñū effectū fz in omnia genera- pōt. ppter qd̄ x̄tus ei⁹ dz̄ nō esse cōmē surabilis alicui eoꝝ. Hoc autē cōpetit an- gelis qz licet essentia habeat finitā & limi- tata: x̄tutē tamē habet respectu inferio- rū nō limitatā vel coartatā sed qdā modo infinitā inquātū. s. virtus angelī non ē ex se limitata ad vñū effectū tñ vel circa rē vñū tñ: ita qz nō possit circa aliam opari.

b 3

Liber primus

Virtus etiā angeli nō cōmēsuraſ inferiori
rei cui applicat: qz quilibet angel⁹ etiam
minimus habet altiorē r̄ vniuersaliorē
tutē qz aliqđ genus corporali⁹. qz iō virt⁹ an
geli nō est cōmēsurabilis alicui eoz. vñ qz
angeli diversi diversis reb⁹ preponant ē
nō qz virtus angeli magis extendat ad b
corp⁹ qz ad illud fū sua naturā: qz ex ordi
ne diuine sapie que s. diversis reb⁹ diver
sos rectores preposuit. Dicit em⁹ Aug⁹. in
li. lxxvij. qđnū qz vnaqueqz res visibilis
in hoc mūdo habet angelicā potestatē ſu
bi p̄pōlitā. Quia tñ virtus angeli ſimpli
citer ē finita r̄ terminata: oporet qz qñ ap
plicat ad vñ tūc nō applicet ad alid. Et
hinc est qz qz angel⁹ p̄ applicationē virtutē
dicit esse in loco qz nō p̄t esse angelus in
pluribus locis ſimil ſed tñ in uno deter
minate: maiori tñ vel minori fū qz volun
tarie applicat virtutē ſuā ad corpus mal⁹
vel min⁹. Itē ignis vt dicit Diony. ē in
cōprehensibilis unpalpabilis: id est nō cō
prehendit tactu: qz ppter vehementem et
improportionē caloris ſoluit p̄portionem
ſenſus. Angel⁹ alia rōne nō ē palpabilis
ſez ppter naturā ſpūalem r̄ incorporeā qz
nō ſubijcī ſenſib⁹ aut q̄litatib⁹ ſenſibilib⁹
vt tāgi vel palpari poſſit. Itē ignis ē i al
terabilis a ſua caliditate: qz nō p̄t ignis
manēs ignis infrigidari ſicut aqua ma
nens aqua poſt calcieri. Sic angeli bñ
nō recipiunt trāmutatiōne de bonitate in
maliciam qzuis bñ nō habuerūt p̄mit⁹ ex
natura: ſed ex gratia cū fuerint creati i li
bertate arbitrii r̄ con contrario demones de
malicia in bonitatē nequeūt trāmutari.
Vel etiā angeli de ſcītā in obliuionē vel
ignorantia in minime trāmutant. Nōt
tamē decipi demones r̄ errare nō quidem
qzū ad ea que naturalit̄ rei oueniunt vel
remouent ab ea: ſed qzū ad ea tñ que a
ſupnaturali dei ordinatiōne dependet: ſi
cū ſi cōſideras Laſarū morruuz iudicas
ſet en⁹ nō resurrectuz. Itē ignis ē iuſcibil.
vñ Dio. dicit qz ē p ſe poſt̄ ſuum. Nam p
ſuā vtutē actinā videm⁹ qz ignis p̄t ſup
omia iſta generabilit̄ r̄ corruptibiliā: nec
vincit ab eis: vñ r̄ omnia trāmutat etiam
ſerrū r̄ lapides r̄ quecunqz fortia. Sic an
geli habet dominiū r̄ potestatē ſupra totā
naturā corporalē. ppter qz Aug⁹ dicit i. iij.
de tri. qz oīa corpora regunt p ſpūl vite rōna

bilem. Et Hreg. dicit i. iij. dialog. qz in hoc
mūdo viſibili nūl niſi p ſeaturā inuiſi
bilem diſponi p̄t. vñ natura corporalis ad
nutum obedit angelis quātū ad motū lo
calē: licet nō quātū ad alias trāmutati
ones fornales niſi mediante motu locali
aliquā corporis moti: vt tradit Aug⁹. iij. de
tri. Itē ignis inter elemēta habet reſplen
dentiā clariorē. nā ignis est ex ſe lucidus
nobis oculatus: r̄ alioz illuminati⁹. pro
pter p̄mū dicit Aug⁹. qz ignis est omnino
ſplendens exiſtēs. Abi dicit expoſitor qz
tam ignē elemēti qz ignē celi lucidū eſt
in ſeſcīt nō ſemp viſib⁹ noſtris ſubijcīt
pter materiā in qua ē vt ſtatiz declarabi
tur. Similiter etiā angeli in ſe qdē habet
naturā lucidā r̄ maxime maniſtāt cū ſine
forme ſeparate r̄ actu intelligibiles. vnde
Pb. iij. metaphy. vocat eos maniſtis
fima nature. Sed ignis ē nobis ocul
tus: id eſt inuiſibilis. s. in apria ſphera: vt
dicit Alexander. vñ Dio. dicit qz non ob
ſtant qz ſit in ſe lucidus: tñ nobis ē ocul
tus nō adhibita materia in qua ſuā ope
ratiōne maniſtat que ē lucere. Nā ppter
ſu ſubilitatē r̄ tenuitatē nō ſubijcet viſi
bus noſtris dū ē in materia tenuiſ ſoluz
fū qz ē in materia cui p̄tes ſtant r̄ adu
nat. vñ dicit Pute. qz ex p̄gregatiōne dia
phani ſit lucidū vt patet in crystallo: r̄ p
pter h̄ ignis vt dictū ē in materia ſua nō lu
cet. Et ſi ſubijcet qz etiā put̄ ē p̄pria ſphe
ra maniſtat lumen ei⁹ in galaxia. Dicen
dum ē qz galaxia nō ē ex ſplendore ignis:
qñ ſic ſemp eſſet in eadē pte celi. cōpertuz
eſt aut̄ qz monēt i cētū annis gradu vno.
S̄z cā etiā ē multitudi ſtellar̄ minutaſ i
illa pte celi qz lumē vñ ſtinuu. Silt etiā
angeli nō obſlate qz ſe ſint marcie intelligib
iles tñ qz ad nos ſunt ocelti r̄ ignoti niſi
in ſtū manifestat ſe nobis in ſuī ſeffecti
bus quoſ agūt in iſtis ſenſibilib⁹. r̄ bñ p
pter iproportionē intellect⁹ nřt: qz dū ſiū
ctus ē ſic ſenſib⁹ vel fantasmatib⁹ vt dictū
eſt ſe habet ad eos ſic oculus noctoracē
ad lucē ſolis. Intellectus enī ſiunc̄ ſen
ſib⁹ nō p̄t intelligere niſi ad queriſionem
ad fantasmatā r̄ ſine ſtinuu r̄ pte. S̄z an
geloz nō ſunt fantasmatā nec tri nece ſo
ciatiati ſubdūt: quare eos. put̄ in ſe et
ſpūl ſuā q̄dītates intelligere nō valem⁹.
Tertio ignis ē alioz illuminati⁹. dicit

De celo & elementis

autem Dio. supra i dicto ca. i q multiplices introducit proprietates ignis & ignis est circum uelat illuminatioib⁹ illuminatio⁹. sic ei habet antiquam translatio. et intelligit circumuelatis si circumpositis illuminatis ei⁹. i. a lumine causatis qz. ignis prie er se non habet illuminare sed ab exteriori sum q cōcat celesti corpori. ut dicit Ps. Hoc autem illuminatio copet angelis & spiritus ad scientias sum & superiores de his qz a deo percepit illuminant superioribus. vñ Dio. dicit xv. ca. celestis hierarchie & uniquesqz celestis centia intelligentia sibi a superiori datā inferiori cōcitat. Et posset etiam p tanto dici q superior illuminat inferiorē circumuelatis illuminatioib⁹: qz ea de qb⁹ illuminat non ita excellens & clare recipiunt ab inferiorib⁹ sic sunt in superioribus. et id superior angel⁹ virtutē quam accipit quodammodo ut ita dicā ingrossat ut ab inferiori capi possit. Et idem Dio. dicit i p dito ca. qz uniquesqz substantialia intellectualia datā sibi a superiori intelligentia puidam dūcuntur & multiplicantur ad inferiores sursū dūctrice analogia. Homo autem ab angel⁹ circumuelat illuminatioib⁹ illuminant: qz intellectus humanus p am intelligentib⁹ virtutē nudam capere non potest cum natura le sit ei intelligere p questione ad fatalitatem: vñ angel⁹ intelligentib⁹ veritatem pponunt hominib⁹ sub similitudinib⁹ sensibili. Et idem Dio. dicit. l. ca. celestis hierarchie & impossibile est nobis alius lucere dūmū radiū nisi varietate sacroꝝ velaminū circumuelatu. L. VI

Haīma variatur ad modū aeris. Nam aer in suis qualitatib⁹ habet variationem tripliciter. **D**icitur ex distantia celi: qz quanto aer est a celo remotior & terre vicinior: tanto frigidior & grossior & terrene qualitatimilior: licet aer terre vicinus ex reflexione radii aliquando incandescit. Sic quanto est a deo anima p peccatum longinquo: tanto est per maliciā frigidior & ad spūalia intelligentia grossior: et ad tlpalia p affectum terrestre. **C**ausat etiam immutatio aeris p solis approximatione vel elongatione: qz approximatio est cā caloris: qz elongatio est cā frigoris. Appropinquat autem ale sol iusticie ipsi per gratiam: qz sc̄ ipa anima appropinquat sibi p penitentiam: Iacob. liii. Appropinquante deo & appropinquabit vobis. Et tunc causatur in anima calor & feruor amoris: elongatio autem solis id est xp̄i ab anima nunquam sit nisi ex culpa ipsi. cxviii. **L**oge a peccatoribus salus. Et tunc fit in aia frig⁹ qz extinguit affectus & feruor circa spūalia. **I**n soli cū saturno frigidus sidere i frigidis signo puenerit: in aere frigus intendit. Si vero cū marte & calido planeta cōcurrerit fit in aere excessus calor. Est autem in anima quasi sol naturalis splendor & lumen p prærationis: qz si cū saturno id est corpe pigro et frigido puenerit: id est pordauerit in signo frigidiorib⁹ id est in suo carnali appetitus vel desiderio intendit & crescit in anima frigus illud: id est peccati malitia. frig⁹ enim est qualitas mortificativa: qz si sum carnē vireritis: moriemini. Ro. viii. Sed tunc sol ratiōis puenerit cū marte qz pordat rationis deliberatio sive meditatio cū bona & feruenti voluntate. Et tunc crescit desiderij feruor vel affectus amor. Ps. xxviii. **C**onculcauit cor meum intra me: et in meditatione mea exardecet ignis. **S**ed variat aer ex q̄litate venti. Nam aer in motib⁹ frigidior & cā in vallibus calidior. Et rō est sum **C**onstantinū: qz boreas venit frigidus habet orū ab eminenti cona: vñ libere expedit loca alta & mouet ibi & subtilat aer: et sic frigoris est cā. Omne enim subtile dummodo exaltatione habeat p motu infrigidat. Econtra autem in vallibus aer est quietus: quem non impellit de facili ventus frigidus. sic est calidus. **M**acrobys autem aliā cassā huius assignat dices: qz h⁹ est ex aggregatiōe radioꝝ qui multiplicantur in vallibus magis cā in montibus. immo si ad montes veniunt non ibi subsistunt: sed ad valles descendunt ubi cuī ultra procedere nequeunt ibi multiplicantur et concilantur & sic calorē maximū generantur. Unde nubes in vallib⁹ liquefcunt citius cā in montib⁹. Et huic sententiæ pordat Ps. in libro metheororum. Aer ergo motuum est vita magnorum: que vento agitata supbie abundat in frigore malicie. Aer autem quietus validum est vita tranquilla humiliū ad quam versus inquietudinis & supbie non ingreditur. Ibi etiam radix. i. celestes illuminatioes & solationes multiplicantur ex qb⁹ amoris & de uotiōis feruor plurimum augmentantur. **T**ertio aer immutat ex situ loci qz in terra vicina mari septentrionali ager frigidus est ex vapoꝝ frigido mari resoluto. vñ ibi calor est debilis. p p qd illis mare pax falsescit;

b 4

Liber primus

et ideo ponticū mare ē quasi dulce. In mari aut̄ australi est strarū ex contraria causa. Mare aut̄ septētrionale vitā peccatorū signat que mare ppter inquietudinē dicitur Septētrionale aut̄ a septem stellis frigidis arcturi que ibi h̄sunt: id est a septem virtutib⁹ capitalib⁹ que in peccatoribus dominantib⁹ est aer: id est anima frigida frigore peccati et malicie: ubi etiā deficit aqua falsa sive amara penitētē: et abūdat aqua dulcis carnalis cōcupiscentie. Ecōtra aut̄em in australi. i. in querstione penitentie de q̄ i Ps. cxv. 8. Cōverte dñe captiuitatē nostrā sicut torrens in austro. surgit vapor p̄tritionis calidus p̄ fernorē humilem p̄ lachrymaz cōpunctionē: ex quo fit aer calidus. i. anima feruēs etiam in amore. **A**īcē anima in vita ista tanto plus sentit de mundi amaritudine q̄to pl̄ habet de terrena affectione. et contra tanto plus percipit de celesti dulcedine q̄to plus ē purgata a terreno amore et magis assidua in contemplatiōe. Quis exemplū est q̄ aq̄ marina que mixta ē grosso terreo cōbusco amara est sive salsa. Sed aqua dulcis ē mixta aereo et purgata a puluere terreno. Quia si aut̄ terrei grossum et cōbuscum ē amor terrenorū qui animā reddit terrenā p̄ assemblationē. q̄r anima ut dicit Hugo de sancto victore i illius rei quā dilitgat similitudinem trāsformat. Item reddit alia grosam quo ad contemplationē spūalem: et combustam quo ad affectionē ipsaliū: ut tēpalia nimis ardēt diligat. Hoc ergo amore dum anima respurgit afflictio et mītripliū frequenter amaricat. Sed si fuerit alia aerea et spirituali amore cōiuncta et a terreni amore puluere purgata: tūc celesti et spirituali dulcedine q̄ pluries erit plena. **A**īcē alia habet et aspectus affectiones similes aspertribus signoz et domorū celi. Distinguunt enim astrologi quicq̄s planetarū aspectus. s. diuinitū: oppositū: sextilē tertiu et quartū. **C**ōiunctus aspectus est qn̄ vn⁹ planeta iradiat sup aliū in eodē signo citra quidecim graduz fm̄ Tzaelē. Et ut idem tradit fortissimus et pessim⁹: et p̄cipue qn̄ duo planetē malinoli: ut sunt saturn⁹ et mars cōiungunt in signo eiusdem cōplexiōis putata in ariete v̄l tauro. Et hic aspectus signat amicitiā et p̄cordiā maloz hominē ad inicē p̄uenientiū in aliquo facto: et hec ynitias

pessima est. q̄r sicut p̄iculosis ē si ynitias desit bonis: ita p̄iculosis ē si assit malis: p̄ut H̄eg. dicit. Alij tamē astrologi dicunt q̄ b̄ aspectus non est semp malus sicut si Jupiter et ven⁹ cōiungant in libra v̄l in gemis: et sic iste aspectus qn̄ ē inter beriūlos planetas nō ē malus: q̄r bonoz p̄cordia et cōuenientia nō ē noria sed bona. **O**ppositus aut̄ aspectus ē quādō duo planetē sūt in oppositis signis q̄ dicit pessim⁹. ppter strarietatē signoz: et p̄cipue qn̄ planetē habent strarias qualitates: puta si Aen̄ sit in ariete et saturnus in libra. Et b̄ aspectus designat inimicitiā et discordiā superboz et tyrannoz ad inicē q̄ pessima ē: q̄ causa fortissimas et pericolissimas quereras. **S**extilis aut̄ aspectus dicit qn̄ int̄ duos planetas sūt duo siḡa iregra: vt qn̄ aliquis planetā in aliquo signo ascēdente aspectus tertiu ante se et tertiu post se: et b̄ ē a tertio in undecimū: v̄bi gra. Si aliquis planeta fuerit in initio arietis aspicit illū q̄ est in capite geminoz an se: v̄l illū q̄ est in initio aquarij post se qd̄ est signū vndecimū. Et hic aspectus vocat sextilis eo q̄ teneat sextam p̄te celi. s. q̄draginta grad⁹. Et talis aspectus ē laudabilis bon⁹ et fortunatus. Est enī signū dom⁹ dilectionis fm̄ astrologos. s. ppter p̄cordiā signoz in vna q̄litate. Talis ergo ē aspectus dilectionis spūal p̄ficiēs. s. charitatis. in qua bō p̄ficiēs et ascēdens aspicit tertiu an se. s. sp̄intēm qui est tertia in trinitate persona a q̄ videlic̄ causat ip̄e amor charitatis: fm̄ illud Bo. v. Charitas et diffusa ē in cordib⁹ nr̄is p̄ sp̄intēm q̄ datus ē nobis. et tertiu post se. s. p̄ximū. Mā bō in se habet duo q̄ p̄t debet ex charitate diligere sez aliam suam et corpus suū. postea debet diligere p̄xiū suū sicut seipm̄. **A**īl⁹ aspectus q̄ dī tertius ē qn̄ duo planetas sūt in signis silib⁹. et fit a qnto signo et ix. v̄bi gra: Si planeta q̄ fuerit ī initio arietis aspicit eū q̄ fuerit in leone an se et eū q̄ in sagittario p̄ se: qd̄ est signū nouū. Et dī tertius: q̄r p̄tinet tertia pars celi. s. cx. gradus. Et b̄ aspectus ē optim⁹: q̄r est in signo p̄ fidē amicitie ut dicit Misael: q̄r ibi nō ē strarietas in q̄litab⁹ signoz p̄cipue si fuerint plane te in q̄litab⁹ p̄cordantes ut iupi et ven⁹. Hic representat aspectū charitatis iā pfecte qui dicit tertius: q̄r tria sūt q̄ debet homo

De celo & elementis

25

perfecte charitate diligere. s. dēū: seipm & p
rimū. Quartus aspectus est a quarto s/
gnor decimo. Verbi gratia: Si planeta q
fuerit in initio arietis aspicit illū qui ē in
capite tauri ante se: & eum qui est in capite
capricorni post se quod est decimuz signū.
Unde est aspectus quartus quando sit in
ter planetas tria signa integra. Et h̄ aspe
ctus dicit quartus: q̄ stinet quartā par
tem celi s. xc. grad⁹. Et hic aspectus dicit esse
mal⁹: qz in illo signo sit ire inimicitie & i
uidie et dicū astrologi s̄ez ppter contrarie
tate signoz: pura si sol fuerit in ariete et
saturnus in cancero. Possum⁹ autē dicere
q̄ bic aspectus mal⁹ representat aspectus
quattuor malarum affectionū que semper
aspectum faciūt esse malū: s̄ez inuidia ira
odiū & luxuria. Malus ē ei aspectus inui
doz. Eccl. xiiij. Nequā ē ocul⁹ luidi. i. in
uidi. Itē iracundoz: vñ de Saule irato ḥ
david dī. Reg. xvij. q̄ iā nō rect⁹ ocul⁹
respiciebat Saul David. Itē odicūt sine
inimicoz: quorū est aspectus insidiosus &
fraudulentus Eccl. xij. In ocul⁹ tuis lachry
mabitur inimic⁹: & si inuenierit tps nō sa
tiabitur sanguine. Itē luxurioz: quorū
est aspect⁹ infectus & corrupt⁹. iii. Ide. ii.
Oclōs h̄ntes plenos adulterijs. Ca. VII

Et Marte stinet plū: carcer & inimicitie
pestē. Mars colere igni & colerice cōple
xiō. vñ disponit ad audacitatem & antīcita
tem & appetitum vindicet. & iō Mars ab
antiquis dē vocabat bellor. Venus di
spōit ad luxuriā & voluptatē. Sol ad au
ritiā. vñ dicit Ptole. q̄ sub sole stinetur
spes luci: fortuna & heres. Mercur⁹ ad
furtū & mercatorū fraudes. vñ Ptole.
dicit q̄ sub mercurio stinet fortunū ne
gociatio: & furtū. Luna autē fin Ptole. &
Albumasar existēt in sedo signo p⁹ ascen
dens efficit & ostendit merote & tristiciā.
In quarto xō & quinto & octavo efficit &
designat rixam anxiitatē fugā & mutabi
litatē. Similiter h̄tū ad artes. Saturnus
disponit homines ut sint terraz cultores &
graniū pondex portatores trapeze. i. cā
psores argenti tractatores & scriptores.
Mars vero disponit ad artes & opatiōes
igneas ut furnarios & ferrarios. Venus
vero ut sint cantores musicorum amato
res: speciez confectores: artifices & vestiū
muliebriū incisores. Mercur⁹ xō dispo
nit ad sc̄ientiā & vñ calculi & cōputatiōes.
et iō d̄r fuisse dē mercator. Sol xō habi
litat bosci ad oia opa auri si fuerit in ex
altatione sua. Si xō in casu ad oia opera
eris habitat & disponit. Luna xō dispo
nit ad artes nauticas & aquáticas.

Capitulū: VIII

Harititia assimi
latur umbra ppter septē. Pto
lo q̄ umbra ē luminis speditiua:
sic & cupiditas avaritie impedit anime lu
mine gratie. Nam sicut umbra terre causat
eclypsim lune. s. q̄ terra interponit inter lu
num & solem. ita terrenoz cupiditas cau
sat eclypsim anie q̄n interponit inter eam
et dēū. Ptole. lxxij. Repleti sūt q̄ obsecurat
sūt terre domib⁹ iniquitatū. Greg. Tenebra
anie est diuitiaz cupidio. Secundo quia
umbra ē caloris repressiua vel totalis exti
ctiua: sic cupiditas sine avaritie calorez
charitatis minuit vel extinguit. Minuit q
dem q̄ tanto minus diligēt dē quāto ma
gis diligēt mūdus. Si ergo amor cupiditatis
sit inordinatus: nō tū intantū q̄ p̄fe
rat diuitiarū affectū amozi diuino. s. vt. p
pter diuitias non velit aliquid cōtra dēū
vel proximum: diminuit quidē charitatem
b 5

Harititia assimi
latur umbra ppter septē. Pto
lo q̄ umbra ē luminis speditiua:
parte anime sed etiā ex parte corporis et
complexionis quā anima ut plurimū seq
tur. Nam diversi homines sunt apti & di
spositi naturaliter ad diversas artes. Et
hoc est ppter v̄ires & dominū diuerloz
planetaz. Verbi gratia: Quātū ad virtutē
vel opera virtutum saturnus ut dicit
Ptolemeus disponit homines ad doctrinā.
Jupiter ad honestatē: Mars ad ma
gnanimitatē: Venus ad amicitia: Mercur
ius ad eloquentiā & sapientiam. vnde fin
Ptole. Mercurius dat esse studiosos: et
scientie numerorū amatores. Sol ad vir
tuosum spiritū & animā. Luna ad pudici
tiaz. similiter h̄tū ad victia Saturn⁹ ut
dicē Ptole. disponit ad pigritiam: Jupiter
ad vanam gloriā & pompam diuitiarum
et honoz & vestimentorū. vñ dicit Ptole.
q̄ sub Joue sūt honor & diuitie & optimū
indumentū. Mars ad irā. vñ fin Ptole.

Liber primus

sed nō extinguit qr tūc ē peccatū ventales
vñ Aug⁹. in li. lxxixij. questionum dicit q̄
venenū charitatis est cupiditas rerū tem-
poraliū: augmētū ei⁹ cupiditatis diminu-
tio: vñ in pfectis nulla cupiditas. Si aut̄
quaricī intantū ex crescet q̄ pferat chari-
titati: scz vt ppter diuitiarū affectuz non
vereatur facere ptra amore dei t proximiz:
sic auaricia est peccatū mortale t totaliter
charitatis amorem extinguit. i. Job. ii. Si
quis diligit mūdū: nō est charitas patrie
in eo. **T**ertio qr vmbra est sterilitatis in-
ducīna quia nihil quasi crescet vbi ē con-
tinua vmbra. Sic semina diuinorū verbo-
rum nō possunt crescere t fructus pduce-
re vbi est auaricia t dinitiaz cur a sollicita.
Marth. xiiij. Sollicitudo seculistis et
fallacia dinitiaz suffocat verbū. **Q**uar-
to quia vmbra est serpentīn amica t colu-
brom nutritiua: vñ dicit̄ coluber quasi
colens vmbram. Ita auaricia maxime est
serpentibus infernalib⁹. i. demonib⁹ acce-
pta: quia maxime p eā aias illaqueat. vñ
Ap̄ls. dicit. i. Timoth. vij. q̄ qui volunt
diuities fieri: incidunt in tentationē t in la-
queum diaboli. **Q**uarto qr vmbra ē ma-
turitatis fructū retardatina. Ita tenaci-
tas auaricie fructus penitentie t si nō oī-
no aliquando impedit tñ retardat: quia
nullum penitentie opus homies sic diffi-
cultur vel negligēter faciūt: sicut male ab-
latorū restituōes. Suggestit em̄ diabol⁹
Illi⁹ xviij. Ps. cxixij. Beat⁹ q̄ timebit t̄c.
Sexto quia vmbra ē timoris excussua:
et hoc quia tenebrosa ē. Ita simili mō sua-
